



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rev. Patr. Joannis Laurentii Berti, Ord. Eremit. S.
Augustini, Theologia Historico-Dogmatico-Scholastica,
Seu Libri, De Theologicis Disciplinis**

Berti, Giovanni Lorenzo

Monachii [u.a.], 1749

Censura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83665](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83665)

C E N S U R A.

Praclarissimus Auctor Operis inscripti *De Theologicis Disciplinis in Tomis quarto & quinto*, quos ex commissione Reverendissimi Patris Generalis perlegi, nedum totus Catholicus, & orthodoxus est, verum etiam eandem exhibet, ac in prioribus libris novâ, & gratissimâ methodo concinnatis, exquisitam eruditionem, judicium acutissimum, & moderationem animi singularem. Quamobrem praefatas ipsius lucubrations, & mstratibus Theologiae Canditatis, in quorum gratiam nunc primum prodeunt, & omnibus reconditoris doctrinae cupidis, & sanioris Theologiae studiosis utilissimas censeo, & Prelo dignissimas.

Dabam Rome die 15. Februarii, 1740.

Fr. Joannes Andreas Onofri Genueusis Sacrae Theologiae Magister Procurator
Generalis Ordinis Eremitarum S. P. Augustini.

C E N S U R A.

Quoniam A. R. P. Magister Fr. Joannes Laurentius Berti bujusce Romani Collegii Gymnasiarchus optime de saniori Theologia mereri pergit in quarto, & quinto *De Theologicis Disciplinis Voluminibus*, quae jussu Sapientissimi totius nostri Ordinis Praeulicis expendenda suscepi, quos tribus prioribus magno plausu ubique exceptis calclos adjeci, eosdem duobus hisce lubens adjicio. Par siquidem in omnibus est renu delectus, judicii praestantia, selecta eruditionis copia, ac religionis integritas, quorum proinde intuitu e re publica erit, ut Typis mandentur. Ita sentiebam ex D. P. Augustini de Urbe hac die 29. Februarii 1740.

Ego F. Hieronymus Augustinus Zazzeri publicus in Romana Sapientia Sacrae Scripturae Interpres,
Academiae Theologiae in Archigymnasio Urbis Censor, ac S. Rituum Congregat. Consultor.

F F E L I X L E O N I A J U V E N A T I O,

Sacrae Theologiae Magister totius Ordinis FF. Eremitarum S. P. Augustini Prior Generalis.

Hum serie literarum, & nostri Muneris auctoritate tibi Rev. I. Magistro Joanni-Laurentio Berti facultatem concedimus, ut tuis mandare possis quartum, & quintum Tomum à te latine compositos, quorum titulus est, *De Theologicis Disciplinis*, jam à duobus Patribus Magistris nostri Ordinis per Nos deputatis revisos & approbato; servatis tamen servandis, juxta Decretum sacrosancti Concilii Tridentini, & nostri Ordinis sanctiones, obtentaque ab eis, ad quos spectat, facultate.

Datum in Conventu nostro S. P. Augustini de Urbe die 28. Martii 1740.

F. Felix Leoni Generalis.

Nostri mun. aff. Sig.

Magister Fr. Angelus Maria de Orgio Ordinis Secretarius.

Reg. lib. 1.

I M P R I M A T U R.

Si videbitur Rmo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

Philippus Archiepisc. Theodosiae Vicesg.

C E N S U R A.

Reverendissimi Patris Aloysii Nicolai Ridolfi Sacri Palatii Apostolici Magistri jussa impleturus *Theologicarum Disciplinarum IV., & V.* Volumen ab admodum Rev. Patre Magistro Jo: Laurentio Berti elucubrata diligentissime perlegi. In quibus, haud descisciente à superioribus, & à se ipso auctore, adeo nihil dissonum à recta norma vel fidei, vel morum offendi, ut immo eruditionem, claritatem, comptamque, ac fluidam orationem plane miratus sim. Quare publicâ luce dignissima reor.

Datum in Conventu S. Mariae Transpontinae pridie Idus Januarii, anni 1740.

Fr. Petrus Thomas Cacciari Romani Cleri Examiner, & in Collegio de
Propaganda Fide Theologiae Lector.

CEN-

C E N S U R A.

Quartum, & quintum Volumen *De Theologicis Disciplinis*, in quibus de Juris, & æqui Regulis, de Humanis Officiis, atque de Divinæ Incarnationis Myſterio differit Adm. Rev. P. Mag., & Stud. Regens Jo: Laurentius Berti Eremita Auguſtinianus, Reverendiſſimi P. Aloyſii Nicolai Ridolſi Sacri Palatii Apotolici Magiſtri mandatis obſequens attente legi, idemque de illis judicium uli, quod de prioribus libris ab eodem doctiſſimo Auctore feliciter in lucem editis. Omnia videlicet in eo ſunt Catholicæ Fidei & bonis moribus conſona, ſollenter, & ingenioſe, perſpicue, & eleganter, doctè, atque erudite pertractata. Itaque digniſſima cenſeo, quæ in publicam lucem edantur.

*D. Antonius Andreas Galli Ab. Can. Regni Sanctiſſimi
Savatotiſ Sac. Congr. Indiciſ Conſult.*

IMPRIMATUR.

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolſi Ord. Præd. S. P. A. Magiſter.

AUGUSTINI

Servandæ Legis, & Vitæ inſtituendæ præceptio.

Hæc diſciplina ipſa Dei lex eſt, quæ apud eum fixa, & inconcuſſa ſemper manens, in ſapientes animas quaſi tranſcribitur, ut tanto ſe ſciant vivere melius, tantoque ſublimius, quanto & perfectius eam contemplantur, & vivendo cuſtodiunt diligentius. Aoleſcentibus ergo ſtudioſis ejus ita vivendum eſt, ut à veneris rebus, ab illecebris ventris & gutturis, ab immodello corporis cultu & ornatu, ab inanibus egociis ludorum, à torpore ſomni atque pigritiæ, ab emulatione, obreſtatione, invidentia, ab honorum poteſtatumque ambitionibus, ab ipſius etiam laus immodica cupiditate ſe abſtineant. Amorem autem pecuniæ totius ſuæ ſperciſſimum venenum eſſe credant: nihil enerviter faciant, nihil audacter. In peccatis autem ſuorum vel pellant omnino iram, vel ita frenent, ut ſit pulſa ſimilis: neminem oderint, nulla vitia non curare velint. Magnopere obſervent cum vindicant, ne nimium ſit: cum ignoſcunt, ne parum. Nihil puniant quod non valeat ad melius: nihil indulgeant quod vertat in pejus. Suos putent omnes, in quos ſibi poteſtas data fuerit. Ita ſerviant, ut eis domnari pudeat: ita dominantur, ut eis ſervire delectet. In alienis autem peccatis moleſti non ſint invito. Inimicitias vitent cauſiſſime, ferant æquiſſime, ſinant citiſſime. In omni verò contractu atque converſatione cum hominibus, ſais eſt ſervare unum hoc vulgare proverbium: Nemini faciant quod pati nolint. Rempu- blicam nolint adminiſtrare niſi perfecti. In omni vita, loco, tempore, amicos aut habeant, aut habere inſent. Obſequantur dignis etiam non hoc expectan- tibus. Superbos minus curent, minime ſint. Apte congruentique vivant. Deum colant, cogitent, querant, fide, ſpe, caritate ſubnixi. Optent tran- quillitatem, atque certum curſum ſtudiis ſuis, omniumque ſociorum, & ſibi quibusque poſſunt mentem bonam, pacatamque vitam. Lib. II. de Ordine cap. VIII.

DE